

AVRELI

ALEXANDRI

SEVERI IMPERATORIS

ROMANI AXIOMATA

POLITICA ET ETHICA.

EIVSDEM RESCRIPTA VNIVERSA

ALEXANDRI CHASSANÆI

Commentarijs illustrata.

AD REGEM CHRISTIANISSIMUM

SECUNDA EDITIO.

1^o
14214

40. 6.
227.



PARISIIS,

Apud MATHURIUM HENAUET, via
Clopiniana, è regione parua Navarra.

M. DC. XXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



LVDOVICO XIII.

REGI FRANCIAE ET NAVARRÆ CHRISTIA- NISSIMO.



RATVLATVR Francia tibi, Christianif-
sime Rex, quod per te pristinum decus, &
antiquum splendorem retineat. Sic iam
constat potentissima quæque imperia, vt
sunt diuina semel prouidentia constituta,
ita eiusdem summa ope & consilio aduer-
sus omnium hominum vim conseruari.
Festinantius quidem te Deus ad huius regni gubernacula
admouerat, quam aut tua ipsius pietas, aut vota ciuium vni-
uersa, aut Franciæ fortuna, & genius regum regnorumque
maximorum præses postulabat; & post Henrici magni pa-
tris tui excessum timor ingens animos omnium peruaserat,
ne subtracto à rebus humanis illo principe, in quo salus pa-
triæ nitebatur, omnia quasi luxata publicæ quietis & tran-
quillitatis compage in antiquum bellorum ciuiliū chaos
soluerentur, & præcipiti ruina ad vltimum interitum Fran-
cia properaret. Cuncta mortem ostentabant; cuncta vim
externorum hostium minabantur, & obuersabatur ciuium
oculis luridus mæror contumacis fati pertinacem damnan-
tium acerbiter, & curis sollicitudinibusque ægri & anxij,
illud tantum (solati) habere videbantur, quod malis suis nihil
adijci poterat, quod grauaret. Auertère animos tandem à



I




AVRELIi ALEXANDRI SEVERI IMPERATORIS ROMANI AXIOMATA POLITICA, & ethica.

PRÆFATIO.



SE *ILLUD* publico omnium gentium iure, & populorum consensu confirmatum, inter gubernandæ reipub. modos, primas obtinere vnius principatum. Id si autoritate indigeret, docerent illi septem Persarum Satrapæ, qui post exactos & occisos magos (qui imperium Persarum vsurpauerant) dum de optimo genere reipub. administrandæ constituendo quærerent, & alij populo suam libertatem permitterent, alij optimatum imperium defenderent, in eam sententiam decurrerunt tandem, vt monarchiam oligarchiæ, & democratiz anteferrent. Illi ipsi demum, Dario ex illis vno hinnitu equi, & sortis iudicio electo, tanta moderatione præditi fuerunt, vt eum communi consensu, & maxima animorum coniunctione, humi prostratis corporibus, regem consalutauerint, nec ei se in rebus omnibus, tam priuatis tum publicis morigeros præbere renuerint, cui antea virtute pares & dignitate fuerant. Ipse Aristoteles etiam in libera Atheniensium ciuitate & natus, & educatus, ipsius tamen naturæ summam rationem secutus, in politicis non veretur illud serio contendere βασιλείαν τῶν ὀρθῶν πολιτείων μίαν εἶναι. Quod ex Platonis sententia tradit etiam Plutharchus in libello περὶ μοναρχίας καὶ δημοκρατίας, καὶ ἀριστοκρατίας, qui si ius sibi daretur optimam reipub. constituendi, citra omnem controuersiam electurum se monarchiam tradit. & ipse etiam Plutarchus in lib. εἰς ἀριστοτέλην πολιτικῶν, βασιλείαν vocat τελευταίην καὶ μεγίστην τῶν πολιτείων. Sed vt in re minime dubia, longioris disquisitionis labor absit: si aduertatur quibus initiis, quibus-ue incrementis, romanum imperium ad illam immensam magnitudinem, quæ fere ingentissimo sui pondere laborabat, peruenerit: Illud parebit a regio imperio tantæ maiestatis fundamenta primordium traxisse; atque ita demum terræ marisque regimine parto, ad illud idem vnius arbitrium rebus dictantibus ius do-



COMMENTARII IN RESRIPTA AVRELII

ALEXANDRI SEVERI IMP.

ROMANI QUÆ LIBRO PRIMO

Codicis Iustinianæi

continentur.



UPEREST, vt ad instituti operis partem secundam perueniamus, & aggrediamur enarrationem rescriptorum Imperatoris Alexandri, quæ per libros 12. C. Iustiniani sunt in diuersis titulis posita ad numerum circiter quadringentorum & quinquaginta. Sunt tantum tria relata in digestis. Primum & secundum relatum est à Paulo I. C. in l. 87. Titia §.

Imperator de leg. 2. & l. 25. Imperator de appellat. Tertium Marcer I. C. refert in l. 1. si pend. appel. mors interuenerit, quæ mirum est in indice Labiti esse prætermissa. Non autem secuti sumus ordinem eiusdem Labiti in exponendis rescriptis ipsius Imperatoris Alexandri, habitâ consulum ratione & temporis, quibus fuerunt promulgata & emissa: magis enim è re visum ipsam Codicis seriem sequi, vt eorum interpretatio proponatur, pro-vt singulis libris & titulis inserta se se obtulerint. Ex libro primo sunt tantum sex constitutiones. Prioris hæc verba sunt,

IMP. ALEXANDER A. CAPERIO.

LICET postquam supplicasti, priusquam rescriptum impetrares, præses prouincia vir clarissimus pronuntiauerit: cum tamen à sententia non prouocaueris, rescri-

Lex. i. C. vt
lite pendete
vel post pro-
uocationem